

aperuit, in somnis a B. Apollinari Mar-  
tyre Christi gloriosissimo, ut Corpus ejus ex-  
foderet, et notum faceret, sub altaris  
majori dicti Monasterii fregit, et quoddam  
foramen fecit, et ibi quandam arcam  
higneam reperit, in qua corpus, sive cada-  
ver quoddam repertum est habens occiput  
capitis contractum, et solum corpus fudo-  
re quadam coopertum erat, et sub capi-  
te dicti cadaveris erat quaedam lamina  
plumbea visu vetustissima, in qua tales  
litterae intus sculptae et cavatae erant  
artificiosae, videlicet. In hoc sarcophago  
requiescit Corpus sanctissimi, ac beatissi-  
mi Martyris Christi Apollinaris Depositu  
a Johanne archiepiscopo. Quod negotium  
factum est supra in Historia translatio-  
nis ipsius beatissimi Apollinaris. Nun-  
ciatum illud Fratri Guatterio de Galea-  
ta Ordinis benedictinarum Episcopo Bono-  
nienfi, ac Vicario generali dicti Johannis,  
negotium vidit. Cum quo ego Paulus scor-  
delli Doctor Decretorum, Praepositus dicte  
Eccliae Ravennatis fui, et multi alii,  
quamplyres Clerici. Frater Guatterius rem